



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

30. Septembris. Pridie Cal. Octobr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314


280 ANNI CISTERCIENS.

vexati deficerent, quàm egressa è tumulto virtus, quæ omnes à languoribus liberos dimittebat. *Dua sunt alæ, sinè quibus nemo sperare potest securum ad cælos volatum: Amor Dei & odium sui. His tu penetrasti ad eternam felicitatem: eas tu nunc mihi à Deo precibus tuis impetra.*

Ordinatio
charitatis.

S. BERNARDUS. c. 14. de dil. Deo. *Cupiditas tunc rectè à superveniente charitate ordinatur, cum mala quidem penitus respuuntur, bonis verò meliora preferuntur, nec bona nisi propter Deum appetuntur. Quod cum plenè per Dei gratiam assecutus fuerit, diligentur corpus & universa corporis bona propter animam, animam propter Deum, Deus propter seipsum.*

Obijt
anno
1227.


30. Septembris. Pridie Cal. Octobr.
B. CONRADE S. R. E. Cardinalis
Episcopi Portuensis: qui cum juvenis apud Philippum Sueviæ ducem pro obside captivus tenereris, voto te Religionis in libertatem asseruisti: quo Villarii exsoluto, altero statim anno Prioris, totidémque post transactis annis, munere Abbatis ita functus es,
ut te

utte finè detrimento contemplationis
 internæ negotiis, & absque horum di-
 spendio iterum rebus cœlestibus utro-
 bique totum pro arbitratu impende-
 res. Quanta puritate mentis in sancta
 Oblatione Corpus Dominicum tra-
 ctaveris, insigni prodigio Deus pate-
 fecit; dum digiti tui divinorum pig-
 norum contactu sacri in pia lectione
 nocturno tempore tibi pro lumine e-
 rant: prodentes aut cœlestis amoris
 incendium, aut sanè præfagientes fu-
 turum splendorem, quo Ecclesiam e-
 ras illustraturus. E Villario enim ad
 Claramvallem, inde ad regimen uni-
 versale Ordinis Cistercium, deniq; ab
 Honorio Romam ad Purpuram voca-
 tus, ad componenda gravissima nego-
 tia in Germaniam, Franciam aliâsque
 Europæ provincias destinatus es: In
 qua Legatione Prædicatorum Institu-
 tum primus Auctoritate Apostolica
 confirmâsti. Imò post Honorii mor-
 tem Triplici tiarâ tibi oblatâ, tum de-
 mum ostendisti, scire te honores &
 ferre & contemnere. An fortè præ-
 videbas aliam coronam gloriæ super-
 næ tibi esse vicinam, quam sexto post
 mense recepisti: hoc epilogo vitæ clau-
 dens periodum: [Utinam usque in
 hanc horam in Villario sub disciplina
 vixissem

*Digiti
 ejus lu-
 cent in-
 star lâ-
 padis
 lucent.*

*Gene-
 ralis
 XIX.*

*Sum-
 mum
 Ponti-
 ficatû
 recusat.*

vixissem Regulari, & cum culinæ hebdomadariis semper ibidem scutellas abluissem.] Corpus in Clarani vallem translatum sub Mausolæo juxta Divum Malachiam quiescit *Unicum à te favorem postulo, gratiam nempe, que mundum reddat cor & corpus meum, ut puris manibus ad tremenda mysteria accedam.*

Obijt B. BENEDICTE, monache Mollerolæ, antiquæ hoc postremo seculo
anno pietatis, observator diligentissime minimarum etiam Ordinis regularum.
1588. Humilitatis ante omnia studiosus; vasa & linteamina monasterii clandestinè subtractis somno horis eluebas. Harum virtutum non ignari Præsides te
Humilitatis studio- Abbatem Melonensi cenobio designare: sed prævaluit humilis tua deprecatio, obtinítque ab hoc onere libertatem. Hinc ad altiora continuo labore suspirans, nimiâ tandem victûs abstinentiâ valetudinem ita afflixisti, ut
sus. sine periculo Sacro Altari non liceret assistere. Quem tamen defectum resarciebas functione ministri, cujus vices toto antemeridiano tempore innocentia planè Angelica obibas. Divinitus tandem de instante morte præmonitus, sub ultimo postremæ diei Sacro, sumpto à Sacerdotis manu sacratissimo

Pius re suspirans, nimiâ tandem victûs abstinentiâ valetudinem ita afflixisti, ut
mini- sine periculo Sacro Altari non liceret assistere. Quem tamen defectum resarciebas functione ministri, cujus vices toto antemeridiano tempore innocentia planè Angelica obibas. Divinitus tandem de instante morte præmonitus, sub ultimo postremæ diei Sacro, sumpto à Sacerdotis manu sacratissimo
ster Sacerdoti

cratissimo Viatico spiritum exhalasti,
 immobilem flectentis genua situm ser-
 vante corpore donec exequiæ à miran-
 te ac præ gaudio lacrymas uberes fun-
 dente Conventu persolutæ fuerint.
*Præustus est æternæ felicitatis verè de-
 vota susceptio sacrosanctæ Eucharistiæ.
 Utinam huic dignè intrâ viscera mea ad-
 mittendæ tanta me diligentia, quâ tu sole-
 bas, pararem! haud dubiè sperare possem
 eandem mortis meæ felicitatem.*

S. BERNARDUS, de Dilig. Deo. c. II.

*Fusti epulentur & exultent in con-
 spectu Dei [p. I. 67.] Hinc illa satie-
 tas sinè fastidio. Hinc æternum illud
 atq; inexplicabile desiderium nesciens
 egestatem. Hinc denique sobria illa
 ebrietas, vero, non mero ingurgitans,
 non madens, sed ardens Deo.*

Felici-
 tas Be-
 atorum



ANNI